

Ambrosii Corani sacre theologie professoris ordinis divi Augustini prefatio super orationem de conceptione virginis Marie.

Quonia de alme virginis conceptione ea die: qua tanta celebrabat solenitas coram Sixto pontifice maximo nostra in ecclesiis: qua de populo appellat omnes orationem habui: ubi vnicuique pontifice plerique patres et Cardines et pastoralis et senatorie dignitatis convenere. fuerunt plerique omnes: qui virginis devotione succensi copiam depoposcerunt. Quia tanta satisfaciendi oibus mihi minime facultas esset: facere tamen satis singulis animis exardesceret trutinari ingenio tandem dare ipsam artificibus imprimendam excogitavi. Et quia consentaneum censui hanc lucubracionem cuiusque auctoritatis domino conedicare: tibi dignissime antistes ac virorum doctissime pluribus de causis malui dedicanda esse: tum quia te devotissimum tanto matris sepe numero cognovi: tum quia in tuis sumis festivitatis huius ex Helmsno abbate normandicis ecclesie divinitus solenitas reperta est: tum ut ea cum ceteris preconiis que de virgine dudum ad te scripti coningerent. Sed quonia manusculam hic tu ipsam forte miraberis: que ego ore tectate expresserim hoc propter temporis incongruentiam atque brevitatem meum infidius fecisse: visum fuit acceptum: ac pro auditorum non afficienda tedio maiestate: quo aures tenere indignari solet. Tua claritas pene maiori ocio studioque lectitatur: ac sua mirabile ductione in eius multiplicitate virtutum lectitatio poterit adaugere. satis est consilium modusque dicendi in illa me: que tua mira intelligentia obmittendo navabit operam nucleum testa in arida latitantes decerpit: cui quando enim deprecatione ad eandem dei hominisque matrem in eius de Sixti ecclesieque status conservatione edita ad iuncti speculatione et devotione iudicio theosatis digna. Quo quod de manusculo meo ex meis laribus grato animo suscepto te fati: to velim certiore: ut si in maioribus posses tue magnitudini more gerere: profecto semotis curis occupacionibus aduolare. Acceptum igitur id habeas amici pauperis acquid habere ipse. ut cum videris reminiscaris affectibus exhibere seruitus tui: parationis non minus. Et quam affede enim extra deum vincit alicui volum cordialiter in omnibus obedire mandans.



Sequitur Rubrica de ipsa oratione.

e. Regia preclaraz oratio de virginis cōceptione sacre
theologie professoris magistri Ambrosii de Lora or-
dinis diui Augustini corā Sixto quarto Romanoꝝ Pōriffi-
ce ⁊ Cardinea Sanatoriaq; corona sexto ydus decēbris an-
no sandissime natiuitatis xpi millesimoquadringētesimo septu-
agesimosecūdo in tēplo diue Marie de populo ordinis eiusdē
infra vrbis menia habita feliciter incipit

Hec dū erant abyssī ⁊ ego iam cōcepta erā prouerbioꝝ viii.
Existimauit Pōriffex maxime nihil esse in oratore prestanti-
us quam ut tempore loco rei explicande auditorūq; dispositōi
suā accōmodet orationē. Sed cum videā Sanditatē tuā car-
dineū cetum omnium patrum conscriptoꝝ conuentuz Sena-
tum pplmꝝ Romanū tam deuote tam religiose ⁊ reuerēter
taq; honorifice pcessionaliter hodie in die videlicet inclite dei
genitricis Marie cōceptionis in hoc suo templo sacratissimo
pro extollenda celebrandaq; eiusdē cōcepōis sandissime solē-
nitate cōuenisse iure hoc tempore de ipsa mihi perorandum
esse decreui. que quidē cū de oculis humane mēti iudicium fas-
ciendum pponat tā magnum pfecto est argumentū vt non nisi
diuinum exposcat oratorē nec reade censeo quēpiā hac de re
aliquid salubre didurū nisi ipsa eā elucidanti celestē admittret af-
flatū. Idcirco eam ipam omnium gratiarū datricem humili mē-
te deuoto corde silēte labio Angelico salutem ⁊ oraculo dicen-
tes Aue.

Hec dū erant abyssī ⁊ ego iā concepta eram puerbioꝝ viii.
Id ipsa itaq; matris dei Marie cōceptioe Beatissime
pater in pntiarū eius suffulti p̄sidio sumꝝ oraturi de q̄
gequid ceteri dicant mihi mea pro deuotione libet ab omnibꝝ
originalis labis inquinamentis eam omni ex pte fuisse imuneꝝ
astruere quod quā paucis iuxta ingenio mei exiguitatē suade-
re conabor. Cōcedatq; mihi in primis alteriꝝ sententie defen-
sores Id vtriq; dei potentie absolute videlicet ⁊ ordinarie sub-
iacuisse. De absoluta q̄dez nulla contentio nulla deniq; apud
quoscunq; ambiguitas est. De altera vtpote ordiaria satis ex

eo cōfert qm̄ omnis legillator non solū ipse est lege solutus s; a lege p̄t̄r quē voluerit ipse eximere. Testis ē Justinian⁹. C. de legib⁹ lege digna vox Testis est Sulpian⁹. digestis de legib⁹ Princeps Testis ē Augustin⁹ in p̄clarissimo de regno volumine. Omnis p̄t̄rea potestatis p̄iceps sicut sublimis deus est nō mō quēpiā eximere verū etiā pro t̄p̄e legē suspendere p̄t̄r vt de contrahendo matrimonio cū alieni populi muliere de furtiq; dispensatōe veteri cōstat in lege. P̄t̄r itē eā penit⁹ as n̄t̄bilare quē admodū circūcisionis lex nobis verax exhibet testimoniu. Nōne insup a p̄cipio deus instituit vt ab oriēte sol in occidentē decurrens ad iudiciū vsq; diem nūq; quiesceret. Et t̄n̄ ad Josue p̄ces in celi gescere medio ad Ezechie regis lacrimas eū in signū supadditoꝝ annoꝝ retrocedi fecit. nūqd etiā p̄ adā p̄m̄ legē de mortis n̄itate sanxit vt quotquot ex eo nascerent̄ morti forent obnoxii: z t̄n̄ enoch matufale genitore z be liā tesbite mortis inexplēs in deliciaꝝ trātulit paradisum. Hos quoq; quotidie p̄nt̄ifices quotidie impatores quotidie demq; p̄ncipes vn̄uersos sup̄ eoz cōib⁹ legib⁹ dispesare sepe ac m̄ltis puilegia cōtinuo in facto tribuere p̄ eozū expimur arbitrio. Eo pacto q̄p̄q; lex dei fuerit oipotētis vt om̄s q; p̄ maris ac femine nascerent̄ peccatū foret subiecti. potuit nihilomin⁹ nō sue tm̄ genitrici s; sine differētia cuiūq; puilegiū cōferre vt huic cōi legi neq;q; nasceret̄ obnoxii⁹. qd̄ quātū de t̄p̄a extiterit cōsentaneū ex his qd̄e satis lucidū ē. q̄ ea q; hūani generis foret aduocata q; nobis ablatura esset obpbziū: q; eterne lucis cādorū futūꝝ erat odiciliū peccatoꝝ interpellatrix iustoz coro na angeloz gloria sumi dei sp̄sa redēptiois m̄i totū trinitatis tricliniū merebat qd̄e vt ois labis ois fomis ois reat⁹ ois veniq; origial mortal ventisq; culpe exp̄s p̄it⁹ esset. hic cāticoꝝ q̄rto lōge an̄ spū dei plens salomō in sp̄si p̄sona ad eā locutus ē hisce v̄bis Lora pulchra es āica mea z macula nō ē in te. sed quō totā pulchrā gl̄iosa v̄ginē dicere auderet quō maculā nō fuisse in ea potuisset astruere. si tāta hui⁹ peccati fuisset oppres sa tyrānide. hinc diu⁹ ait Anselm⁹. Decebat nepe vt hōis illi⁹ cōceptō de m̄re purissima fieret: decebat ut ea puritate: q;

Sub deo maior: nequit intelligi virgo illa niteret cuius deus p̄
unicum filium suum que de corde suo eque sibi genuit ita dare dis-
ponebat ut esset unus atque idem dei et hominis filius. Et rursus ad
ea exclamans dixit. **B**enedicta inter mulieres: que angelos vin-
cis puritate. Sed quo pacto ea puritate resplendit: que sub deo
maior excogitari non potest: Aut quo nam modo celestes illas mentes
quas angelos dicimus puritate superasset: si in reatu fuisset concep-
ta: cum boni puri innocentes et absque prorsus omni labe Angeli cre-
ari extiterint. Perinde celestis ille panibus Gabriel dei nuntius
illud egregium ac singulare salutatoris genus ei tribuit dicens
Ave gratia plena spiritus sancti. Merito quidem ei dixit **A**ve quoniam
Augustino testate maledictio Eve in benedictione mutat. **M**a-
rie: quoniam omni ex parte peccati extitit ab omni vice. Eorum namque vice
que Johannes exclamavit a gloria per mediumque celi volitare ac
dicere. ve. ve. ve. habitantibus in terra. ista audivit. **V**e scilicet misere-
rie originalis. ve culpe actualis. ve pene generalis. vltro et ci-
tro exposita. **M**aria. **I**ure itaque eius in auribus intonuit. **A**ve
quod si potentis et immortalis deus id omni parte valuerit iustum con-
gruum consentaneumque extiterit: neque habuerit quid impediret. id
ita fuisse peccati dubio conferam. **Q**uia quidem enim deus potest et scit
si congruum est: cur illud nolit quis explicabit: quod si posse scire vel-
leque presentissimum dei in unum consistunt: actione quod prohibebit. **Q**ue
enim virtus tam excellens. **Q**ue potestas tam imensa ut summam omnium
potentis dei potestate scientiam voluntatemque valeat impedire. **N**am
forte infidus edens: ut quod perdecetissimum est aliquo livore per-
termiserit. **N**on demum quantum potuisset quantum debuisset eos
bonorasset: si hunc corruptele peccati eam fecisset obnoxiam. neque
Christum: ut ad perfectissimum excellentissimumque spectat redemptorem
in aliquam humanam personam mediandi reconciliandi redimendique ha-
buisset excellentiam. **S**ane itaque de ipsa illud genesios tertio **E**t
ipsa coteret caput tuum exponi potest originale labe delictorum dia-
boli que caput esse quod ipsa corripuit cum ad eam habere ingressum
nequit. **A**b his autem qui nos gestunt in contrariam sententiam duces
re minime cogimur. **O**mnes in adam peccasse. **S**eu per virumque pa-
rentis concubitu. nos labefactos fuisse. **E**t christum nullum a re

atu inuenisse liberū. Vel solā xp̄i carnē nō fuisse carnē peccati
asserētes quomā in his z aliis multis similib⁹ agimē semp ex
cipiendam intellexere qđ sanctissim⁹ doctor Augustin⁹ eo in
libro quē de natura z gr̄a inscripsit apte insinuauit dicēs. Cum
de peccatis agim⁹ ppter honorem dñi nullā de Maria volu-
im⁹ haberi questionē. Inde enī scim⁹ qđ plus gr̄e sit ei collatū
ad vincendū ex omni parte peccatum qđ concipere z parere me-
ruit: quem constat nullum habuisse peccatum. Que quidē ver-
ba non ad adualia solū vt explicant aduersarii: sed ad quecūqz
peccatorū genera sunt referenda. nullā quippe astruere mentio-
nem de peccatis oīa negat in ea fuisse peccata. qđ si eorū affir-
mativas tali sub distributiōe accipiunt: vt velint ab earuz am-
bitu nihil penitus excludi: cur non z negatiuas eo pacto admit-
tunt vt omnia excipere dicant: cum longe iste sint in destruedo
excipiendozqz uehementiores qđ ille in affirmādo capatiorēs.
Quis. n. ambigit vt si nullū hominē: nullū equū: nullūqz leo-
nē currere qđ asserat omnē ab his cursum denegari: Multe tñ
sunt in vnaquaqz disciplina affirmatiōes qđ cōditiōe accomoda-
tōeqz adieda absqz ulla pfecto iniuria exceptionē patiunt si-
cut omnē boiem deū velle saluū fieri omne aīal in archa fuisse
Noe. quēlibet boiem posse sacerdotio fungi: alieqz pene inue-
re nobis efficacissimo p̄esto assunt periculo: Neqz famosa z
vulgaris illa regula. Qui omne dicit nihil excludit sic est ad
vnguē tenenda vt cōstipari falso nō possit. quī in essentialibus
dūtaxat affirmatiua distributiō ei⁹ ē potestatis: ut a suo nihil
valeat ambitu semoueri. At nō hōi sua minime tribuit essen-
tia vt in tā imānissima cōcipiat labe: sed iuss⁹ a sumō legisla-
toze fili⁹ nascit ire: qđ p̄ia p̄thoplaustoz trāsgressiōe mādauit
vt quūqz s sp̄ali nō esset priuilegio p̄mūit⁹ p̄maris feieue con-
cubitū p̄cept⁹ hāc mēbroz legē subiret. qđ si tā p̄tinaciter affir-
matiuaz velint plenitudinē d̄fensare: eoz mētis acie in p̄ximā
Augustini sniam ferāt vbi negatiue p̄ affirmatiuā illico adies-
cit rōnē cū dixit. Inde. n. scim⁹ pl⁹ ei gr̄e fuisse collatū ad vin-
cendū ex oī pte peccatū: qđ p̄cipe z pere meruit quē cōstat nul-
lū habuisse p̄dm. ac si patēter assereret. Idcirco cū d̄ peccatū agi

m^o nullā d^o Mariā volum^o h^oī q^ostionē: qm̄ ex oī pte ip̄a sup̄a
uit peccatū. s; qd est ex oī pte Mariā vicisse peccatū: nūi ab oī
fuisse immunē peccato. aut forte originalē maculā pte. s. subiecti-
uā negēt esse peccati. Quinimo nō ps tm̄: s; caput origo prin-
cipiūq; oīm extat peccatoꝝ s; quō ex hac pnciosa pte vicisset
peccatū siqdē ei obnoxia extitisset: an forte nō idē esse velint ex
oī pte supari peccatū: q; omne vīci peccatū: Quid stultius
id effigere: Quid ē. n. ex oī pte hoīez aīal esse nisi q; oīs homo
fit aīal astruere nisi velint manib^o pedib^o crurib^o ceterisq; pti-
b^o eū integrantib^o id falso tribuere vt in hanc labant infantaz
vt eo pacto astruendo vnū hoīez plura arbitrent esse aīalia: aut
ex talib^o corporeis quātitatiuisq; pti^o peccatū cōsti utū alle-
rentes qd pīa mathematice ptribile ip̄m ridiculo imaginēt. L^o
templemur etiā vt sua clari^o dignoscatur intentio q̄ illis ime-
diate cōtexuit. **H**ac ergo inqt x̄gīe excepta si oīs sancti z sanc-
te cōgregari possent: z q̄retur ab eis an peccatū haberent quid
respōderent nisi qd Iohānes ait. Si dixerim^o q; peccatū non
habem^o nos ipsos seducim^o. Ex oī itaq; sanctorū sanctorūq; ce-
tu innocētes p x̄pō occisi: z quotquot baptizati puuli d̄fundi in
vnū p̄gregati interrogent cui nā sint peccato obnoxii dicēt p̄-
fecto oīs se aduali haud esse culpe subiectos: qd idē Augu-
stin^o eo in libro quē de x̄a fide inscripsit hīscē x̄bis approbat
firmissime tene z nullaten^o dubites z iustos z sanctos hoīes ex-
ceptis hīs q; baptizati puuli sunt sine peccato hīc neminē viue-
re posse. **E**t cū tū eos oīs peccatū h̄re astruxerit: d̄ quo pecca-
to intellexerit indagem^o. dicite ergo o beati pueri. agite o feli-
ces innocētes: loquamini o vos saluatoris infantēs. Soluatur
lingua v̄ra vt tāte cōceptōis referetis x̄ritatē. q̄ culpa q̄ macu-
la q̄ vos tyrānides tenuit: cui^o labes viresq; m̄ euasit saluato-
ris: a q̄ v̄re salutis ex cipit̄ mediatrix: oīs pculdubio cōclama-
tes dicent. q; ppe origiale peccatū est: in quo nos oīs fuim^o cō-
cepti q; a quo redēptōis m̄ singulari fuit exēpta p̄uilegio.
S; qm̄ hīs q̄ astruxim^o nōnulle rōes ac auctoritates qdā Au-
gustini q̄ explicite dissentiūt eaz quo ad possum^o mētē it ellec-
tūq; apiam^o vt nō solū astruere n̄ra x̄m etiā aliena dissoluere

videamur. **N**ō enī xp̄us vt argumētant̄ oī m̄ fuisse redēptōr
Nō oībus celi pat̄ fecisset aditū neq; insup̄ oībus fuisse p̄ce-
 stantior: si ab oī origiali macula virgo extitūlz̄ imūnis **A**ugu-
 item i cōmentariis sup̄ geneseos hoc pacto locutus est. quid in
 coingnatus illo vtero virgīs: cuius caro etiā si de peccati p̄pa-
 gatiōe v̄it: nō t̄m̄ p̄ peccati pagatiōe p̄cepit. **E**t rursus. **L**ozp̄
 xp̄i quāuis ex carne femie assumptū: que de illa carnis peccati
 p̄pagie p̄cepta fuit: t̄m̄ quia nō sic i ea cōceptū fuit: sicut illa cō-
 cepta fuerat: nec ipsa erat caro peccati: sed similitudo carnis pec-
 cati. **E**t iterū **A**dā peccāte oēs qui eius i lumbis erant pecca-
 nerūt: sed hoc nō seq̄ i xp̄o licz̄ i lūbīs **A**de fuit: q̄a non sedm̄
 p̄cupiscētiā carnis nec sc̄dm̄ ratiōez̄ seiale ibi fuit xp̄i caro q̄z̄
 nis fuerit **M**arie caro qd̄ bis v̄bis exp̄silius: qd̄ ap̄rius: quid
 elari? **I**his t̄m̄ z̄ aliis q̄buscūq; nō oblatib̄ firmiter asseram̄
 virginē origiale p̄dm̄ minie p̄raxisse: z̄ t̄m̄ xp̄m̄ eius fuisse redē-
 p̄ptōrē **E**t celi ianuā referasse: eaq; p̄stātiorē p̄culdubio dica-
 mus: quēpiā t̄m̄ a casu liberari bifariā arbitramur: uel virtutez̄
 ne cadat p̄stādo vel iā elisū erigēdo. **C**rist̄ itaq; beatā v̄ginez̄
 nō quide lapsaz̄ erexit sed ne laberet̄ instituit eaq; redemit non
 captivā sed ne caperet̄ ante mūdi p̄stitutiōz̄ disposuit. **M**aria
 itaq; xp̄o redēptōre p̄ueniente ne peccatū p̄traheret̄ indigni:
 ceteri vero sequēte ut de iā p̄rado liberent̄ **E**t i hoc sandior
Ieremias: maiorq; **J**obāne fuit baptista: qd̄m̄ isti iā labe fac-
 rati mōdati fuerūt z̄ sandificati. **M**aria v̄o ne laberet̄ p̄uenta
 quā certe gr̄az̄ ex saluatori passiois merito nō qd̄ tūc execute
 sed p̄uise acceptate i ordieq; ad eius p̄sonā sp̄ealiter ab eterno
 iustitute assecuta fuit. **I**deo de se ait. nec dū erāt abyssi z̄ ego iā
 cōcepta erā. **E**t utiq; huic carnali p̄nicios: q̄ legi fuissz̄ obnoxī
 a nūi i eterni saluatori mēte sic speciali fuissz̄ p̄uilegio p̄serua-
 ta. **E**t i hoc minor xp̄o: quoniā hic p̄pria: illa v̄o aliena pote-
 state exp̄s fuit oīs peccati pluriūbus item z̄ inumeris aliis mo-
 dis **M**aria xp̄s z̄ dignior z̄ excelior z̄ p̄stātor nēpe fuit: q̄b̄
 nō iuria oīi ex p̄te p̄imatū tenuisse nō est abigendū. **E**t nāq;
 soli sine mēsurā sp̄ūs: sine mēsurā potestas: sine mēsurā sapia
 sine mēsurā est gl̄a data **E**t dūtaxat̄ tributū fuit: vt sine virili

semie de virgine nasceret. Et soli datum ut in una eademque personae
atque hominis filius esset. Et ut celestes terrestres infernalesque creaturae
omnes propria subderent virtute. Ad eas autem tam apertas itaque maius
festas divini Augustini auctoritates quid in quibus profecto ut Iohannis
damasceni verbis utar dignum est ut sanctorum dicta quantum possumus
per omnia veneremur et credamus. Verum esse quod nobis ab illis dictum
est in quibus per quos spiritus locutus est veritatis. Et eo persertim omnium
parentis doctorum Augustini cui teste Avicenna medicorum principe
tantam de sapientia dedit quantum humane menti tribui potest. Quam ita
quod doctoris verba neque abicienda sunt neque refellenda: sed sane
pieque utique exponenda. Quid igitur illis in verbis aut his similibus
multiplicata multisque in locis ab eo elegantissime accuratissimeque
prescriptis insinuare voluerit: nisi quod de iuris debito sic primum fuisse
et concepta: nisi manu operaretis ut dissertum est fuisse preservata
Preberrimum enim ac notissimum divulgatissimumque sermo extat
ut de aliquo delinquente cum adhuc vivat actum esse dicam quod
est ipsum in lege dampnari: legisque debito mortuum extinguique haberi
cum tamen sola principis auctoritate ab ea legis morte sepe numero libe-
retur: sic ea communi lege in peccatis et iniquitatibus illicita dei geni-
trix recipi mortisque dampnari debuisset. Verum summi atque tonantis
principis gratia afflatusque perveniens eam penitus liberavit: sicque pre-
muniuit: ut ab omni esset exempta peccato. Ratio vero que ante omne
esse eam perveniri non posse argumetas soluit ex eo quidem quod antequam
actu quidpiam fit in mente sic preservat opificis. Per inde ipsa inquit
Haec dum erat abyssus et ego iam concepta eram. Quid enim per abyssum
nisi originale peccatum intelligimus? Quod profecto tam magna est ab
yphisus: ut a toto humano genere minime possit evacuari: ut ipsam
totum pessumdederit: totum labefecerit: totum deglutiverit: totum absor-
buerit: totum denique quantum in se fuit impnicie miserit. Quid est
quod ante omnes tale abyssum virgo dei genitrix fuerit concepta: nisi quod ante
omne peccatum in latere dei mente sic pervisa: sic ordiata: sicque preserva-
ta extitit: ut cum idivae Anne utero recipere a nulla protoplastorum
labe contaminaretur. Rursus dialectica illa ratio abicienda est si per christi matrem
fuit puata gratia quam plena ut primum originale in institute carentia fuerit quam
ei fuerit gratie munus collatum quomodo cum ex sui ratione neque gratiam neque

peccatū includat recte inferri minime potest: q̄ si in illo primo
 sue creationis instāti nō fuit instā ob id fuerit nō iusta: nō habe
 bat grām: ergo peccato erat polluta: qm̄ in omni cōtingēti ma
 teria sine cōsistētie adiectōe nōs talia semp fallūt argumēta. nec
 demū eorū timēda ē inuasio: q̄ eā ob eam aiunt tale xp̄i matrē
 nō fuisse p̄uilegiū consecutā quoniā nulla be eo scripture ps
 efficiat mentionē. Nam z ip̄i mibi respōdeāt: in quo sandarū
 l̄arum volumine eius legerint sandificationē q̄ cū nullibi eaz
 se inuenisse p̄fiteant z ex tāi nihilomin⁹ officii cōgruētia eaz
 vt debēt indefinēter astruāt: dicem⁹ z nos ip̄am labis imunita
 tē nō esse apud fideles in ambiguo ponendā q̄ tāte matris pu
 ritate celsitudinēq̄ dignā cupiūt venerari. Semen itaq̄ illud
 ex quo x̄go est ppagata tanquā absolutā quandā entitatē sic p̄
 potētissim⁹ deus p̄seruauit vt natura omnē morbida precede
 ret qualitatē: quod z **S**abrielis oraculo nobis satis insinuat
 eum z plena gratia enuntiat. Si autē plena ergo tantā suscepit
 quātē profecto ip̄a capax extiterat. At x̄o vt sine labe cōcipe
 retur dei munere capacē fieri potuisse quis ambigit. Conferaz
 mus itaq̄ q̄ cū ceteris per p̄tes vt diui Hieronymi x̄bis vt ar
 p̄stetur gratia: in Mariam vero se transfuderit totius gratie
 plenitudo: vt tāte puritatis fuerit sine dubio grā insignita. neq̄
 idcirco vt quidā aiunt supernacaneē sandificationes fuere: qm̄
 quid morbidi quid imundi quidq̄ labefactati emūdaretur nō
 erat: quoniā nō eas ad fomitis ligationē vt quibusdaz placet
 Neq̄ ad eius attenuationē: vt aliis libet. Neq̄ ad totalē eua
 cuationē vt pleriq̄ ferunt: sed ad virtutis venustatisq̄ instruc
 tionem ad x̄bi dei conceptionem: ad eiusdem virginis merito
 rum acretionem ad p̄miorumq̄ accumulationem: vt neq̄
 p̄iorē similē neq̄ parē sequentem haberet: fuerunt institute
Possumus tamen si libet locū istum propter contentiosos ali
 ter consolari vt bifariam contrahi originale peccatum assera
 mus causaliter vt pote z formaliter. Appellam⁹ autē ip̄m cau
 saliter contrahi per seminalem rationē carnem a parentib⁹ tra
 duci: quoniā z si tanquā ex remota causa ex prothoplastoz
 inobedientia teste apostolo fuerit exorta ex propinqua tamē z

immediata ex seminum traiectione innascitur formaliter autem
 cum tali carni ex vtriusque hominis semine confecta aia ipsa rationalis
 vnitur ex qua quidem vniione carentiam originalis iustitie cum
 debito modo habendi eam quam proprie formaliterque diffini-
 unt originalis esse peccatum consequitur. Primo quidem mo-
 do beatam dei genitricem peccatum originale contraxisse non
 est dubitandum. quis enim ambigit ex Joachim Anneque pa-
 rentum semine eius formatum embrione extitisse. Christus ta-
 men et si ab adam ut homo descenderit verum quia neque natu-
 ralis propagationis via qua infecta caro proli communicatur
 factus est eam minime causam contraxit. Quorum quippe diuisi
 Augustini verba contendunt. Unde quisquis ea recte saneque
 perspexerit nunquam beatam virginem sed eius carnem vel corpus in
 ea labe fuisse conceptum dixisse inuenerit quod nil aliud profec-
 to est quam causaliter huiusmodi contraxisse peccatum. Longe
 autem hec inter se distant ut eius carnem fuisse labefactam et
 ipsam beatam virginem in eo fuisse peccato conceptam nisi quod
 partem velit cum toto confundere: quod non recte non expe-
 dite nonque distinde loquentium iudicium est. Nam cum pec-
 cati sedes animus sit ab eoque sit ipse penitus immunis si in mun-
 data sanctificataque carne creetur et infundatur quemadmodum
 sanctissima fuit virginis anima absolute simpliciter et absque ulla
 penitus adiectione ab huius labe immunem eam astruere decen-
 tius est quam ob eius seminalem rationem eam filiam ire ces-
 sere. Eam ob rem luculentissimus alanus cecinit.

Hec est stella maris vite via porta salutis.
 Regula iustitie limes pietatis origo
 Virtutis venie mater thalamusque pudoris
 Hortus conclusus fons consignatus oliua
 Fructificans cedrus redolens paradysus amena
 Virgula pigmenti vinarie cella liquore
 Predita celesti nectar celeste propinans
 Nescia spineti florens rosa nescia culpe
 Gratia fons expers limi lux nubila pellens.
 Spes miseris medicina reis tutela beatis

Proscriptis reditus erranti semita cecis
 Lumen deiectis requies pan satio fessis
 Hec est que primos casus primeq; parentis
 Absterfit maculas vincens virtute reatum
 Hinc Augustinus in sermone quodam de natiuitate ad eam
 loquens ait Magnifica illum o beatissima virgo qui ex carne
 tua dignatus est nasci pro nobis Magnifica illum qui te imp
 gnauit Magnifica illum qui in ventre matris tue te sanctifica
 uit. Magnifica illu qui te ab omni peccato super omnes homi
 nes reservauit. Hinc diuus Basilus in sermone de annuntia
 tione inquit hec est que in vtero matris absq; omni originali
 peccato concepta fuit z genita z ab omni vicio mortali ac veni
 ali priuata z in cunctis moribus z actibus spiritu sancto plena
 z fecundata. Hinc etiam immanissimus ille Machometus suo
 in algozano scripsit Nullus est ex adam quem non tetigerit sa
 than preter Mariam z filiu eius. Propterea Beatissime pa
 ter tante celsitudinis regine humiliter ac deuote supplicemus
 Eam innocemus Ad eam deuota mente recurramus. Ipsa z
 in omni nostra imploremus necessitate que cuz tanta nitescat pu
 ritate: tanta valeat potestate tanto gratiarum micet splendo
 re tam benigno pietatis oculo ea semper occurrat inuocantib9
 presto potens Ac libens erit omni nostre subuenire necessitas
 ti. Hanc deniq; eius sanctissimaz conceptionem puro nitidoq;
 affectu annua solenitate celebremus vt quemadmodum hanc
 gloriosam Ciuitate pascasii tempore a demonum impii Hae
 ronis ossa custodientiu vexationib9: a dira atrocissimaq; illa
 Gregorii tempore peste hoc etiam anno tua pia obsecratione
 Pater sanctissime a valida vehementissimaq; fabricum agita
 tioe liberauit. ita ei gratias vberiores donet Sacrosancte Ro
 mane ecclesie success9 feliciores augeat. Ab omnibus tandem
 malis z periculis eam semper tueatur z protegat Fugiterq; p
 nobis apud filium eius dominum nostrum Iesum christu pia
 sit aduocatrix vt eius celestis glorie nos pticipes faciat absq;
 fine Amen:

Ine 124/3

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Handwritten initials or a small signature, possibly 'W. On...']